



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lamentationes Obscurorum virorum. non prohibite per sedem Apostolicam

Gratius, Ortwin

Colonie, 1518

VD16 G 2925

Liripipianus. Pultrono suo. S. p. d.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34628

U Ideo equidem nostrum aliquot vehementer suis gaudere iudicis
et epularum nostrarum lectione plurimum delectari. Contra autem
viri graues (prohpudor nefas est dicere) faciem suam auertunt. et
vix lupanaribus dignas. imo flammis et facibus congruas expresse pronun-
tiant. O incostante rerum omnium vicissitudine. quantum tibi mihi videre
videor. extrema gaudij luctus occupabit. nosterque natalis. nigro
notandus lapillo inter nephastos computabitur. Vale ex franco
niacum tuis tribulibus.

¶ Viripianus. Pultrono suo. S. p. d.

Quas mihi scripsisti literas minime placuerunt. Si summus
pontifex. si magnus ille Erasmus si viri sapientes et boni de-
nique omnes. nostras preternunt epistolas. illorum etiam contemnunt
sententiam necesse est. Experire obsecro. quomodo vestris istichis-
trionibus ac parasitis. nostre placeant obscuroz epistole. Docti om-
nes sumus. neque Schotum timemus neque Platonem. Experire inquam
quod sint. et meretriculis grate. Est enim risus in illis multus. qui et tri-
stem apud inferos Plutonem. manesque sepultos ad cachinnum exci-
tare queat. mortuosque ad vitam reuocare. Sed quid de risu tibi. iocis
eos nostri salebrosos ludosque theatrales suis adiecere epistolis. ut
varietas ipsa (que teste Politiano lectionum est irritatrix) blandissi-
mum quemque lectorum non possit non delectare. Secuti mehercu-
le sumus patres nostros. qui iocum deo Veneris (cuius et nos asse-
cle sumus) filium esse voluerunt. Quid igitur risu blandius. quid iocis
inuidius. quid Veneris suauius. que prolem suam non potest
non amare. Loquantur theologum que velint. nobis viuendum est
more nostro. Vale Ex monte Parnaso. Vale obsecro. te enim anxie
deperit Calliopeia musarum omnium musa. Iterum vale. Tu quid
sentis nobis quamprimum rescribe.

¶ Petrus olfontianus. Nicolao hauerfack. S. p. d.

Multi nos preternunt Nicolae. at nos Thrasionem sequamur
gloriosum et id genus hominum leue. quod rei ludicre pallentem
impendit operam. eaque grauissimas abigit e mente curas. Sa-
libus fruamur et ioco. risu etiam si necesse est. Lomedamus insuper
et bibamus in charitate non ficta Patritios adhuc imitatorum mores. bibo
rebibo. voro. xuro. quod omnes assolent cognomines nati meis ma-
ioribus. Plus ceteris ingurgito. Deluo etiam. quare Deluo nomen
mihi. Vale feliciter ex nauis stultifera.

¶ Nicolaus Hauerfack Petro olfontiano. S. d.

Que de risu et ioco scripsisti. mihi non displicere. Laue Py-
thagoram tuo adiugas choro quem Plutarchus scribit. risu. iocis.
et facetijs abstinuisse. Quare et theologum fortasse eundem secuti. tri-
stes sequenter nimiumque graues esse aspiciuntur. id quod Vergilius
preuidisse crediderim. quem libro sexto. tristem in vestibulo inferorum